



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Eximia S. Bernardi Doctoris Melliflvi Sententia, quae est fundamentum & regula omnium eorum quae in hoc libello dicenda sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

EXIMIA S. BER-
NARDI DOCTORIS
MELLIFLVI SENTENTIA,
quæ est fundamentum & regula
omnium eorum quæ in hoc
libello dicenda
sunt.

*S. Bernard. Sermon. de Nat.
B. Virg.*



LETIVS intueamini
quanto deuotionis af-
fectu, à nobis eam vo-
luerit honorari, qui
totius boni plenitudi-
nem posuit in Maria: vt proinde
si quid spei in nobis est, si quid gra-
tiæ, si quid salutis, ab ea noueri-
mus redundare, quæ ascendit de-
licijs affluens. Ortus planè delici-
arum, quem non modo afflauerit
ueniens, sed & perflauerit superue-
niens auster ille diuinus, vt vndi-
que

que fluant, & effluant aromata eius,
charismata scilicet gratiarum. Tolle
corpus hoc solare quod illumi-
nat mundum, ubi dies? Tolle Ma-
ria hanc maris stellam, maris uti-
que magni & spaciosi: quid nisi ca-
ligo inuoluens & umbra mortis,
ac densissimæ tenebræ relinquin-
tur? Totis ergo medullis cordium,
totis præcordiorum affectibus, &
votis omnibus Mariam hanc vene-
remur, quia sic est voluntas eius,
qui totum nos habere voluit per
Mariam. Hæc inquam voluntas e-
ius est; sed pro nobis. In omnibus
siquidem & per omnia providens
miseris, trepidationem nostram
solatur, fidem excitat, spem robo-
rat, diffidentiam abiicit, erigit pusil-
lanimitatem. Ad patrem verebaris
accedere: solo auditu territus ad
folia fugiebas. Iesum tibi dedit me-
diatorem. Quid non apud talem
patrem filius talis obtineat? Exau-
die

dietur utique pro reuerentia sua:
pater enim diligit filium. An vero
trepidas & ad te ipsum? Frater tuus
est, & caro tua, tentatus per omnia
absque peccato, ut misericors fie-
ret. Hunc tibi fratrem Maria dedit.
Sed forsitan & in ipso maiestatem
vercare diuinam, quod licet factus
sit homo manserit tamen Deus.
Aduocatum habere vis, & ad ip-
sum? ad Mariam recurre. Dura si-
quidem humanitas in Maria, non
modo pura ab omni contami-
natione, sed & pura singularita-
te naturæ. Nec dubius dixerim, ex-
audietur & ipsa pro reuerentia
sua. Exaudiet utique matrem,
filius, & exaudiet fi-
lium pater.

APPRO.